**G**elidi menses, brumales & pinde frigidi. **R**ubeant alieno gramine, purpureas ferat rosas; quae ueris propriæ sunt. Martialis ad Cælare. Quondam ueris erat: nūc tua facta rosa est. **V**irgulta uerna, Rosa frutex: qui uere per naturam floret, qd inde uernare dicit. Prudentius. Vernalis **V**ernare herbarum coma. Verna præterea triū generū nomē domi nostræ natū seruū significat: dicim⁹ Verna n. Verna puer: uerna puella: uerna mācipiū. **B**ooten. Arcturum quod in Zona Bootæ Sidus Bootes est aliis illustrius: ut docet Higynus. intelligit aut̄ grandines & a cælo tempestates: quæ sunt ab

Quod gelidi rubeant alieno gramine menses. Verna nec iratum timeant uirgulta Booten. Dum loca miratur: studio dum flagrat eundi: Persuadet: teneris heu lubrica moribus Aetas. Quos ego nequicq̄ planetus: quas irrita fudi Ore preces: ruit illa tamen confusa sororum Præsidio: famulæ longo post ordine Nymphæ. Itur in æterno uestitos gramine campos. Et prima sub luce legunt: quom rore serenus Alget ager: sparsosq; hibunt uiolaria succos. Sed postq; medio sol altior asilit orbe: Ecce polum nox alta rapit: tremefactaq; nutat Insula cornipedum strepitū: cursuq; rotarum. Nosse nec Aurigam licuit. Seu mortifer ille Seu Mors ipsa fuit. Lutor permanit in herbis

tatum reliqui: quom in usus egredere: & cōtudī pectus inquit: & precibus institi. sed incalsum: nam nihil mora est. **T**amen. Nihilo secius. **I**lla. Proserpina. **R**uit. incita fertur. **C**onfita sororum præsidio. Nam tutam se putabat: ope Palladis: & Diana. **F**amulæ. Nymphæ subaudi ruunt. **I**tur. ut illud Maronis. Itur in antiquam Syluam. Tullius de oratione libro. iii. In Syluam uenitur & ibi magna cum expectatione confidetur. **V**eltos. ab hominibus sumpta translatio. **A**eterno gramine. perpetuis floribus. **S**ub prima luce. Diluculo. **Q**uom rore serenus alget ager. quom deciduis in terram pruinus: frigus acute mordet. estq; hypallage. Nam Serenus ros intelligitur: quoniam neq; in nube neq; in flatu cadit: nec noctibus quidem nisi Serenis & omni aura quiescente. quidam codices habent: Alber: quod (mea sententia) magis conuenit. **V**iovaria. prata quæ græci uocant iœvita. Sedulus. Purpurei ne per uiolaria Campi Carduus & spinis surgat paliurus acutis. **B**ibunt. hauriunt. **S**uccos. rores. **S**ed postquam. Meridie periaphrasis. **S**ol altior. quom nostrum caput ad perpendicularum despicit. **M**edio orbe. medio cæli spacio: tantumdem distans ab ortu & occasu. quedam exemplaria habent. asilit axe. sed idem sensus est. **E**cce. de repente. **N**ox alta. Spissa obscuritas. legitur & Atra. **R**apit polum. aufert Aethram quod sumpsit ex illo Vergiliiano. Eripunt subito nubes calumque diem que Teucrorum ex oculis. **I**nsla. Sicilia mari circumflua. **N**utat quatitur. **C**ornipedum strepitū. pulsū pedum plutoonis equorum. Sed dei nomen ipsa silentio præterit. quod non narrat. Streptitus hic pedibus excitatus sonus est. Tibull. Neu streptitus terrete pedum. Alii frenitu scribunt: & pro sequenti uerbo: cursuque rotarum: pulsū. **N**ec licuit. Datum non est. **N**osse pro Nouisse. **A**urigan. Rectorem currus. **S**eu mortifer ille. Seu mors ipsa fuit. Siue mortis Auriga fuit: seu potius ipsa mors & lati dea. Seneca de Plutone. tecum conservuit paefleras manus. & alibi Mortem pro Orcho posuit. Patefacta ab imis manibus retro uia est: & sacra diræ mortis in aperto iacent. Hercul. apud Statium. Diram scio vincere mortem. Servius Alcestæ criv nem scribit ab Orco lectur: quom θεον τοσ sit apud Euripidem. **L**utor permālit in herbis. Ecce quibus colligebat eum esse mortem. quacunque transibat inquit herbæ mortebantur. Sunt qui litor emendent. Nos antiquam lectionem tuemur. Quippe luteus: quem Vergilius Lutum dixit: & pallidus idem color est: inferis aptius. Nec improbamus: quod in aliis exemplaribus: lutor: legitimus. Nam luridus epitheton Orco conueniens est. Tibull. Diues in ignaua luridus Orcus aqua.

horridis sideribus Arcturo Oriōe Hædis: ut est apud Pliniū. Signum orientis arcturi est hirundinū abitus: nam deprehensa intereūt. **I**ratum. Sid⁹ uehemens: terra mariq; turbidū. uel in festū noxiūq;. **S**tudio dum flagrat eundi. Dum singit se incensam nimio desiderio uisendi loca. **P**ersuadet. Adducit in suā sententiam. quod ingeniose Veneri dat poeta. Nihil ē. n. qd ea facile nō exoret. in Pitho: quā Sua Pitho delam: nos interpretamur: Veneris filiā Suadela Sappho uocat. **T**eneris heu lubrica moribus Aeras. Quidam cum superiori uerbo cōjungunt. ut dicat. persuadet morib⁹ teneris & statim sequatur ecphonesis. Sed tot⁹ hic uerius ac clamationi per hypallagen dari possit. Heu Aetas tenera lubricis moribus. Aetatis nāq; lubricum Fabi⁹ adolescentiam uocat: in qua qui sunt facile labuntur. **Q**uos ego nequicquā planetus: quas irrita fudi ore preces. Exonerat eius inuidiam. Quid inten-

Aetatis  
lubricum

Violaria

Luteus co  
lor  
Lutor  
Lutor  
Luridus

Rubigo  
quid

**R**ubigine. Rubigo in metallis est: quæ sīru quodam contrahit arida: rubraq; metallum paulatim absumens: qualem in ferro uideamus: inde præcipua frumenti calinitas. ut ait Basilius: Rubigo dicit: q; ut illa ferrū atq; alia metalla: sic ista legetes exurit. plærq; dixere rōrem inustum sole acris frugibus rubiginis cauālē esse: & carbunculi uitibus. quorū confutata sententia Plinius affirmat: Vredinem omnē frigore tantū innoxio constare: Sole atq; lunari ratione: quoniā talis iniuria nō fiat nisi interlunio: noctib⁹ & ante Solis ardorem. cuius auertendæ gratia Rubigalia Numa coustituit anno regni sui. xi. quæ post agi cepta sunt ad. vii. Kal. Maii. quoniā tūc fere segetes Rubigo occupat. **A**fflatum. eius hanelitu contum: & inspiratum. **P**allere ligustra ex albis lutea fieri. **E**xpirare rosas. marcescere uel odoris fragrantia perdere. **L**ilia. Quom Iuppiter ex Alcmena suscepisset Herculem uellet q; immortalem redder: Iunonis sopitæ papillis admouit. infans audi⁹ haustum lac ore continere nō potuit: eoq; effuso lacteum circulum signauit in cælo. quæ pars in terram decidit: in lilitū mutata ē: florem lacti similem. hæc ex eo qui collectæa rei rusticæ græce fecit. Reduces detorsit habenas. qua uenerat equos conuertit. Inemendati codices habent detraxit: nos ex antiquis exemplaribus: detorsit legitimus. **R**auco tractu. sonanti concuslu. nam quōd lora trahunt: ex are frænis affixa bulæ grauem tinnitū reddunt. Homer⁹ ex alia habendas *Hvīa σιγαλοεντα* dixit. i. tacitas: q; nō sonaret ut quæ sūt ex corionō cōcinnato. uel tractu fræno. quippe p̄t̄o græce frænū est εκτου. p̄uō dictū quod est traho. uel tractu. concuslu: nam dum trahimus habemas ærea fræna concutiunt. Verg. Ea fræna furenti cōcutit. **N**ox sua. **C**aligo quam currus inuexerat. **P**ersephone nulla ē. Non amplius apparet. legitur & Nuſquā: quod placet. **D**eæ Comites. **P**eracto uoto. cōfecto negocio: quod expetiuerat. & hoc ex Electræ persona. quæ rē nō tenebat. alioqui Proserpinæ raptus: uenerit tantūmodo gratus fuit. **E**xanimem: perite. nā supra dixit. Ecce repens mugire fragor. eo nāq; edito concidunt homines: & exanimant: quidā uero uiui stupent: & i totum sibi excidunt: quos uocamus attonitos: quorū mētes sonus ille loco mouit. **C**yane. Cyane Syracusana puella fuit. quæ ex oraculo Cyanippum patrem mactauit & se: quæ parris desiderio: quāuis inuita cessisset. Extinctæ diuinos honores Syracusani sanxerunt q; eius morte sedata pæstis esset. Historiam narrat Dositheus de rebus Siculis tertio: repetit & Plurarchus. Hæc est Nympha a cuius nomine perennis: & ingens fons appellatus est: ut ait Diodorus. **C**eruix redimita iacebat attonita Cyane: sertis ornatum caput defosuerat. **C**aligætes atra nebula afflatae. Aggredimur occupamus. **S**ubito. Sunt qui tacitam: reponant: & male. **C**asus scitamur heriles. perimusque ab ea: quid actum de Proserpina. **Q**uis uultus: quæ species & improprie. nam uultus (præter hominem) nulli animantium datus est: ut docet Cicero. **N**am propior cladi steterat. Parenthesis. & cauāt reddit: cur quæ præsentes extiterant aliam percontarentur: Nam magis inquit propinqua Proserpinæ fuit: quom raperetur: & hoc ab historia. Quippe Cyane fons est Proserpinæ lacer iuxta Syraculas: ut resert Diodorus. lecundum quem rapram Proserpinam tradit Cicero. **I**lla. s. Cyane. **N**ihil. subaudi respondet. **T**acito ueneno. intextina tabe: quam medullitus hauserat. **S**oluitur in latic. liquitur & in aquas migrat. **S**ubrepit crinibus humor. eandem transformationem scribens Ovidius ait. Primaq; de tota tenuissima quæq; liquecunt Cærulei crines: digitiq; & crura pedesq;. Nambus in gelidas membris exilibus undas Transitus est. **M**ox. deinde. paulopost. **L**ambit uestigia. plantas abluit. **P**erpicuus fons. limpidissimus riuus. clausula unius Syllabæ gratiam addit. Itaq; decurrentis aquæ lapsus exprimitur. hoc in plærq; Verg. obseruavit: ut in illo. Sepæ exiguus mus. & Vertitur interea cælum: & ruit Oceano nox. item de boue quem mactauit Entellus Aeneid. v. Sternitur exanimisque tremens procumbit humi bos: De fluctu maris astilente. Dat latus. insequitur cumulo præruptus aquæ mons. Iam uero de scropha quam commode! Procubuit uiridique in littore conspicitus sus.

Lili flos uñ

Cyæ quæ

Cyane i fo  
tem

Deficiunt riui: squallent rubigine prata. Et nihil afflatum uiuit. pallere lygustra Exspirare rosas: decrescere Lilia uidi. Ut reduces rauco tractu detorsit habenas: Nox sua prosequitur currum: lux redditur orbi. Persephone nulla ē. uoto rediere peracto Nec mansere Deæ. mediis inuenimus aruis Exanimem Cyanē: ceruix redimita iacebat Et caligates marcebant fronte coronæ. Aggredimur subito casus scitamur heriles. (Nā propior cladi steterat) quis uultus equoru? Quis regat: illa nihil tacito sed lapsa ueneno Soluitur in laticem: subrepit crinibus humor. Liquitur: in rōremq; pedes: & brachia manant. Nostraq; mox lambit uestigia perspicuus fons.

**D**iscedunt. facessunt. **A**liae. comites. **A**cheloides. Achelous Acarnaniæ fluui⁹ quom Tho  
as antea dicereſ: ab Acheloo: qui ex Thesalia Alcmeonē ſecutus ē nomē accepit. ex hoc una mu  
ſarū Terpſychore uel (ut alii ſentiunt) Melampodis ex Amythaone p̄fēſoror ſirenas peperit.  
quas Lycophron Harpyiarū genus appellat. i quo uariam pr̄abet it̄erpretantibus coniecturā.  
qui būdam filias: aliis p̄enatas accipiētibus. **L**atus obſedere Pelori. ſirenas ad Pelorum Sicilia  
promontorū ſtatuit Eratosthenes. Mela Pomponius & Strabo i ſinu Posidionate ad amnem Si  
larim. Nec iſdem nominib⁹ appellanſ **H**efiod⁹ Thelxiopen : uel (ut alii codi  
cet habent) Thelxinoen Molpen : &  
**A**glaphonē: qbus Anthemoeflan in  
ſulam ſedem dedit. Lycophron & eius  
iſterpres: interdum Pilinoen: Aglaopē  
pen uel (ut quidam ſcribunt) Anglo-  
phemē & Thelxiopian memorāt: qnī  
q̄ Ligian: Parthenopen: & Leucosian  
unde Lucaniae promontorū cognō  
mine. Tametsi Verrius ab Aenea cō  
ſobrina datum loco nomen eſtimat.  
Quin & Samothracia Leucosia prius  
eſt appellata: ut i eī republica ſcribit  
Ariſtot. Home. duas tantū ſirenas ne  
q̄ ſuo quāq̄ noīe celebraſ: alii tres. ut  
diximus & in iis Meloeflan: qd Eufa  
thius eſt legit. **A**ccenſæq̄ malo. id  
gne ferētes acceptā cladē. **I**n pefte  
i perniciē. Nā quoq̄ cantu mulceſ  
ſirenes ſcora

Discedunt aliae. rapidis Acheloides alis  
Sublatæ: ſiculi latus obſedere Pelori.  
Accenſæq̄ malo iam non impune canoras  
In pæſtem uertere lyras. uox blanda Carinas  
Alligat: audito frænantur carmine remi.  
Sola domi luctu ſenium traſtura relinquer.  
Hæret adhuc ſuſpenſa Ceres: & ſingula demens  
Ceu nondū tranſacta timet. mox lumina torquens  
Vultu ad Cælicolas ſuriato pectore fertur.  
Arduus hyrcana quaſitetur ſic matre Niphates:  
Cuius Achemenio regi ludibria natos  
Auexit tremebundus eques. fremit illa marito

bāt: eos ſomno ſtratos uorabant. **V**ox blāda. ſecunda & illicibilis. atq̄ ita ad hiſtoriæ ueritatē  
nos excitat. nā ſirenes ſcora fuerūt: ut pdit Palæphatus: q̄ delitiūmentis appulſos & earū forma  
captos: apd ſe defidere cogebāt: quoad oēs illoꝝ degluberēt opes. **C**Alligat. remoraſ. **C**arias  
naues a parte totū. **F**ranant remi. imoti torpent: & naues nō impellūt. qd ne paterent Argō  
nautæ (Si credimus Herodoro) comitem nauigationis Orpheum ſumpſerunt. qui remigum mē  
tes a ſirenarū cantu ad ſe cōuerteret. **T**ractura. Recte. nam trahit ultam: cui gratis eſt. **S**e  
niuum. malam ætatem. Ut Pacuvius & Afranius appellanſ. & Eleganter poeta: quæ libro. ii. dicen  
da fuerant: huc ex Horatii precepto diſtulit. **H**æret adhuc. in emēdati codices habent nōcēret.  
nos hæret legimus. Non enim tam longa attentio: niſi ſtupore defixa Cereri conueniret. **F**er  
tar. incita ruit. **F**uriato pectore. Ceres amissa filia Iouem diſuſiſcrinibus: & amēti ſimilis adiit  
& qualem Claud. inducit: inde Thuriae ſortita cognomen eſt: ut græcorum quibusdam placet:  
eiuſdemq̄ ſacra Orgia dicunt: ut Clementis Sidonius affirmat. **N**iphates. Armeniæ monſ ſeet⁹  
tygribus: ut ſcribit Strabo. Nomen (ut Arcadiq̄ placet) οὐ τοι νείραι. i. ab aliud niuium ca  
ſu. poetæ tamē p̄aſpoſtiuam uocalem ſubtrahint Niphatemq̄ per ſimplex. i. dicunt. Nicander  
in. vii. Ταυρού πρωτανωπεῖα καιο τελοντεῖς ηφατην. i. Surgētēq; iugis Taurum: ſcopuliliq; Ni  
phatem. **Q**uatitur. uapular: & pulsatur: aut tremit. **M**atre hyrcana. ſepta Tigri quæ ſax  
uior eſt: ut inquit Plinius. Hyrcania (quod ſcribit Xenophon) Aſſyriæ annexa eſt: gens haud ad  
modum populoſa: ob eamq̄ remparet Aſſyrii. **T**remebundus. in lequête Tigri. **R**egi Ache  
menio. Regi Persarum: que in ex Achemenia tribu mos erat optare. Tres aut̄ tribus erāt persarū  
partiſores Achemenidae & Magi ut diſcimus ex Herodoto. Sedulius de Persaq; Rege. cui⁹ Ache  
meniam rabies accenderat iram Plus fornace ſua. Reges autem Persarum (quod narrat Xenon  
phon) intra ſepta feras alebant: quibus confiendis exercerentur. **F**remit illa marito Mobi  
lior Zephyro. Dii boni. qua quoruſdam p̄aſceps audacia: qui ubi min⁹ ipſi explicatā habēt hi  
ſtoriam: ſtatiū contra fidem ueteris litteraturæ pro ſua libidine uerba it̄erpolant: ut hoc in loco.  
quom nuſquā legiſſent tigres uento cōcipere: uirgula Aristarchi censoria: Marino pro marito  
ſubſtituerunt. Nos marito legendū contēdimus ex Oppiano: qui de uenatiōe libros ad Antoni  
num Cæſarem graece ſcripit: in quibus & hoc ex aliorum ſententia tradit: quanuis ipſe non cre  
dat. Oppiani uerba (ne quis forte dubitet appoluimus) nam quom docuſſet ferarum omnium.  
uelociſſimam eſſe Tigrim. poſtremo ſic ait αὐτῷ θεάντειν θεάντειν φυφωγένετην. id eſt. nam  
ſimilis Zephyro planta pernīce parenti eſt. deinde per correptionem continuo ſubdit. non paſ  
tri inq̄ Quis. n. hoc admittat grauidas ſpiritu feras reddi? Invaluit tamen hæc hominum uana  
opinio: ut hoc in genere non niſi tantum ſceninas extare falſo credant. reliqua illie. in quo  
Claud. ab ipſo diſceſſit illeetus amenitate fictionis: quæ poeticō magis acuminā conueniebat a

ut in castrensi Hernicorum consuetudine Maro fecit: ubi Euripide poeta quasi cognato auctore quam Aristotele philosopho uti maluit. Moulit præterea Claud. & equæbus Hispanis i agro Olyssiponensis idem euenire: legerat apud Varronem. & quicquid sine mari accubitu gignit: uento cœptum plæriq; disputat. Aristophanes Dædalo (fabulae nomē id est) oua quæ gallinæ absq; officio mariti pariū ut Hesiodus. i. lubuentanea vocat quæ Plato phis overio. ¶ Totâq; viri éti bus irâ dispersit maculis. Quippe e quadrupedū genere: tam uaria Tigris est: q; Pausa iter alites: auctor Oppianus. Etq; Papini imitatio. Qualis ubi auditu uenantū uulnere Tigris Horruit i maculas. &c. ¶ Vitæ tardæ imagine formæ. Hanc artem captandi Tigres Diuus Ambrosius Hexameron libro sexto plurib; uerbis exequit. quæ (quoniam sancta sunt & non illepida) libuit adnotare. nā de natura loquës: illa inquit Tigridis interpellat ferocitatē: & iminérem ea præda reflectit. Namq; ubi uacuū sobolis raptæ cubilæ reperit: illico uel stigia raptoris insistit. At ille quantus equo uectu fugaci uides tñ uelocitate feræ se posse præuerti: nec euadēdi ul lū suppetet sibi posse subsidiū: technā huiusmodi fraude molit. ubi se cōtiguū uiderit: Sphærā de uitro plicet: at illa Imaginæ sui ludit: & sobolē putat. reuocat ipetū colligeat fœtū desiderās. rur sus inani specie retēta: toris te ad com prehēdēdū eq̄tē uiribus fundit: & ira cūdiæ stimulo uelocior fugienti iminet. Iterū ille sphaerae obiectu fugientē retardat. nec tñ sedulitatē misis memoria fraudis excludit. castam uerlat imaginem: & quasi lactatura fetus residet. Sic pietatis suæ studio decepta: & uindicta amittit & prolem. ¶ Genitrix. Ceres. ¶ Bacchaf. instar Mænadis scita rapit. & furit. ¶ Reddite. s. filiā quam surripuit. ¶ Nō me uagus edidit amnis. negat se genus a fluvii aut fontibus ducere: ut Naiades: in quas sine magna dignitatis iactura peccari potest. ¶ Non Dryadum de plæbe sunus. Arborū deas antiqui Dryades appellauerunt quoniā Drys apud græcorū uetustissimos comune plantarū oium nomē erat. ¶ Turrita Cybel le me quoq; Saturno genuit. Exaggerat iniuria cōmemorata perlonā quā sustinet. Nā Ceres ut Sentit Euhemerus Cælo Terraq; parentibus Saturni toror tuit. Alii Saturno ac Ope genitā tradū: qbus accedit Claudianus. ¶ Enī crepantis est. Cicero. En cui liberos tute cōmittas. ¶ Noti pudoris. Prostitutæ fama. ¶ Ostendare suos uult. ap̄ frōte i mediū pdire. ¶ Post lemnia vincula. Amare Venerē pulsat. omnisq; indignatio hic est: Quod affecta tāta ignominia uen⁹ honevissimas quasq; deas puocaret. Ex Homero notissimā fabulā Nalo repetit. Ut minutissimis uulcani catenis cū Marte irretita Venus: Spectaculo diis oibus fuerit. Venus apud Papinū. hoc mihi lemniacæ de te meruere catenæ. Ex eo cōcubitu Harmoniā peperit: ut placet Hesiodo. quæ postea Cadmo nupsit. Idomene⁹ tñ: q; Troica scripsit: Harmoniā Iouis & Electrat filiā fuisse dicit quæ Thebarū portas ab Electra matre Electridas appellarit. Male q; hāc Herminē iisdē elemētis qbus Spartanā memorat: quō Cadmi cōiunx grāce dicas ep̄ uox. Itaq; a nobis & scribi: & entūciari debere: libro septimo Martianus Capella iis uerbis idicat. Senari⁹ inqt Veneri attributus est: & primus Harmonias ostendit genuisse. q̄p̄ sex ad duodeci ē Symphonia diapason; Sex ad nouē Hemiolios; Sex ad octo Epitritos: idest Symphonía diatessaron. unde Ven⁹ Harmoniā mater phibef. accedit & Aristonici Scōma: cuius mēinit Athenæ⁹. Phaon absurde tibia caro dat hūc aliquādo quō audislet Aristonicus: Phaon inqt Cadmū nō Harmoniā canit. ¶ Lemnia. uolcania. Nā lemnos Aegei maris in lula contra Thraciam Vulcanum præcipuo cultu prolequebat in quam deturbatus a loue decidit: ut Homerus & C. Balbus in Argonautico canit. hāc aut̄ fabula ab historia composita est. Nam illuc ignis primum repertus traditur: & arma fabricata: unde fontes Lefbri dicti sunt. auctor Hellanicus. urbes i ea duæ fuerūt insignes: Ephesia Myrinaq; Lēni nomē a cultu Ideæ mīris accepit. quā incolæ lēnon vocāt: ut i Europa scribit Hecatæus cui dñe pueræ pro uictimis mactabant. Aethalæ prius appellabat. q; hiatus habebat: per quos eruatus ignis uaporabat. ut apud Polybium legitimus. ¶ Bonus ille sopor castumq; cubile. Ironia pronunciatione & gestu iuuāda: ne quod negat concedere uideatur. ¶ Quid uos! Ad Mineruā Dianaque sermonē conuertit. ¶ Expertes thalami. uirgines & inuptæ. ¶ Tantum ne relicitus

Equas Oly sipponeſes aura graui das reddi.

Tigres quō capiā tur

Dryades unde

Venus in adulterio deprehēsa

Harmonia nō Hermione Cadmi coniunx Lemnos uñ & cur uulcani sacra Ignis ubi primum re percus Armorum inuentio Aethalia

Mobilior Zephyro: totamq; uarentibus iram Dispersit maculis: nimiumq; haustura profundo Ore uirum: uitreæ tardatur imagine formæ. Haud aliter genitrix toto bacchatur Olympo: Reddite uociferans: nō me uagus edidit amnis: Non Dryadum de plæbe sum<sup>2</sup>. turrita Cybelle Me quoq; Saturno genuit. Q uo iura deorum: Q uo leges abiēre poli: Q uid uiuere recte Proderit? En audet noti Cytheræa pudoris Ostendare suos post lemnia vincula uultus: Hos animos bonus ille sopor: castumq; cubile Præbuit: atplexus hoc promeruere pudici. Nec mirum: si turpe nihil post talia ducit. Q uid uos expertes thalami: tantum ne relicitus

Virginitatis honos: adeo neglecta pudicitia uobis est: in nemenda tunc codices habet: relictis nullo Probra a seniū: ¶ C Templs Scythiae atq; hominē sitientibus aris utraq; digna colit. Probra ducunt a genē gētibus tibus Aegyptiāt: quia fallaces Aegyptii sunt: & semper alia cogitant alia simulat: ut inquit Euripus Diana tauri claus. cīcīciūt improbe perditeq; uiuit. Lelbiāt tribas est & alias iubagit: ut ex Pherecīate duci rīca sacra mus: a populis ut Axonas imitatur. i. corrupte loquit: Axones. n. crānigues inter Acticos & le mībarbari: sicut Sphētīi rusticis moribus habent. Qui Tauricā colunt Scythiae quoq; capie-

Virginitatis honos: tantum mutata uoluntas: Iam uenieri: & loci iunctae raptoribus itis: O templis Scythiae: atq; hominem sitientibus aris Vtraq; digna colit. Tanti qua causa furoris: Quā mea uel dicto tenui Proserpina læsit: Scilicet hæc caris pepulit te Delia syluis. Aut tibi commissas rapuit Tritonia pugnas. An grauis alloquio uel tros an forte petebat Importuna choros: atqui Trinacria longe Eiset ne uobis oneri deserta colebat.

mutaram dicunt in Ceruan: Nō nulli in anum: Phanodicus rerum scriptor in urlam: Nicander in taurum. Hesiodus in mulierum Catalogo ait: Hecaten Diana numine atq; uoluntate effectam. in de Verg. Aeneid. ii. compoluit oraculum. Sanguine placantis uertos & uirgine caesa. Vertos inquam quia hoc est procellis Iphigenia mactare statuerat: ut ē apud Lycophronem. quod Ser uius & alii nō uiderunt: quin & Phocenses græcos etiā Diana pro uictimis iugulabat. ut tradit Pythocles: inq; Syriae Laodicea uirgo Mierua cædebat. ut Pallas refert: q; Mithrae mysteria græce scripsit. Non igitur imprecat hic Ceres: ut quidam putant: sed crudelissimum faci genus obicit: ut opprobrium: contenditq; saeuissimo earum ingenio conuenire. ¶ Quā læsit: urguit iter rogando: quippe nulla: uel difficultis respondendi facultas relinquit. ¶ Vel tenui dicto: levissimo saltē uerbo. ¶ Scilicet. fere semper ad Ironiam ponit. Teretius. id populus curat seilicet & Verg. Seilicet is luperis labor ē ea cura quietos Sollicitat. ¶ Vestros an forte petebat Importuna choros: an uel tros coetus tempestiu interuentu turbabat: ¶ Atqui. quin imo. in uulgatis exemplis: atq; perperam scriptum est. ¶ Deferra trinactia. Siciliæ secessus. & adiectue Trinacriū dixit: ut Maro. Ante & trinactia lentandus remus in unda: quod Callimachus Action primo: multo ante usurpauit: ut scribit Stephanus. Hoc illud opus est quo Martialis ad Mamurram carmen omnium primi spectare deprehendimus. Sed nō uis Mamurra tuos cognoscere mores Nec te scribere: legas Aetia Callimachi. nam p̄ter alia Callimach. Aetia quoq; scripsit: quo poemate sacrorum ritus: & causas cōplexus est: unde nomē. Seruus Aeneid. primo Maronis uerba declaras. Cur dextrā iungere dextræ Non dat Majorū (Inquit) haec fuerat salutatio cuius rei ratione. i. cām Varro Callimachū securus expostus. & alibi carmen illud enarras in tertio. uñ etiā rēplo Triuia lucisq; sacrificis corni pedes arcens eq; Ser. ait. exponit To oī Tiov nā Callimach. scripsit Aetia: i. qb; hoe ēt cōmērat. nec igrati Prisciano sumus: q; Callimachi uerū citat ex Aetia lib. i. nobisq; adhuc pueris aurē quodāmodo uellit: ut hoc in Martiale suspicaremur. Improbe pfecto faciūt q; tanquā fuci altenis laboribus iſidianis: & q; cūq; pripere poslunt: pro suis ostētāt. An si nō am hāc obseruātiū: p̄tātē pdere tū nō licuit & editioē nō iuēti sumus: idcirco nō nos laude fraudari patiemur! Nō adeo tolerāda quies. Marius Aequicolus iuuenis apprime doctus: ut eius igenitius nutrētis notū ē: Sanctissime testari pōt: me plurib; annis antequā i cuiuspiā cōmētatiis ebullire. Neapolī super hoc Martialis loco secū communicasse. fed & Tideus Actianus ille picens: p̄cev prot oīm meus: uir in omni uitæ colore terfissimus: & quē nulla remotior disciplina later: meo nomine multū gloriatus: q; eius ætatis puer eruditiois nō exigū specimen sub se dedissem: in suas Quisquiliae hoc ēt retulit: opus sane uaris: qd ab se magna cura compositū: iā tū uidebas editus. ac nescio cur ad hāc die publicū nō accepert. Nō essemus i iis vindicādis adeo diligētes: nisi nōnullos in alienis: & qbus ipsi nō insudarunt: idē molestissime facere uideremus. Ex Aetia præterea Callimachi uerustus & inomnatus iterpres Homeris: q; in publica uaticani Bibliotheca Romæ legit: sapissime testimonij petit. Dionysius itē Corinthiū eadē in scriptiōe op̄ emisit. allusit ad hoc ēt Naso quō dixit. Tpa cū cāis latū digesta pānū Lapsaq; sub terras ortaq; signa canā. latine quippe Action causam significat: & Aetia codem pene argumento: quo nostri Fasti cōtabant. Ouidii loc⁹

bant aduenas īmolabant Diana. quæ sacrificia tragice dec̄tauit Euripides: Narrat Herodotus & Ammianus: & Clemens Sidonius exprobrat. Expēbant imprimis: & summo quidē studio græci generis homines in gratiam ſacerdotis Iphigeniæ: quam Iphianaxā uocat Lucretius. Agamenonis etilia fuit & Clytemnestra: uel (ut Duridi Samio placet) Helena: Thesēi stupro Iphigeniæ historia concepta. Cylitemnestra tamen diu: quoniam Menelao nubens Helena ſorori adoptandam dederit. eandē quō græci classem remorantibus uentis in Aulide efflent immolaturi: Diana ſup polita cerua ſurripuit: & in Scythiam trāllatam ſuo templo p̄fecit. quidā

Ver. locus

Mineruæ  
uirgo mai  
etabatur

Sci'cet

Trinacriū  
adiectuum

Aetia Calli  
machi

Martialis  
carmen ex  
ponitur

Dionysius  
Corinthiū  
Aetia quo

Inuidiae  
m1

**R**abié liuoris acerbi Nulla potest placare dies. Nullus adeo uehemēs affect⁹ est: qui nō lōgin quitate tēporis minuas: atq; mollescat. Solus inuidiae liuor in dies magis atq; magis auget. Nā quilibet hac perturbatiōe laborat: ne iis quidē: quos fidissim⁹ sibi existimat: turpisstū morbi gen⁹ nus audet detergere. atq; ita dum in profundo pectoris ægritudinē fouet intextinis curis exedit.

Ac neq; medicum: neq; remedium ullum prorsus inuenit: nisi ex eorum quibus inuidet calamitatē. **R**abies. quæ maior dicitur: aut excogitari rabies potest? quam passim: ut quisque virtuti maxi

me intendit: omnibus iuidere: & iis im

primis a quib⁹ beneficio prouoceris?

Quippe quo maiora in iuidum merita conferuntur: eo magis dolet. turba tur: angit. Plus namq; meritoris ex alterius officio: atq; bene de se merendī facultate suscipit: quam eb collata beneficia uoluptatis. Quomq; nullū animal a natura immite adeo sit: ut obles

quio non deuinciatur: unus inuidus

beneficiis redditur importunior. &

hoc ē quod Claud. ait acerbi. Plura le

ges apud Plutarchū magnumq; Basiliū:

qui pulcherrimis orationib⁹: nō

minus quam debent huiusmodi uitū

deterstantur. **L**iuoris. Liuor inuidia

dicitur ab inuidoram colore: quo

rum oculi atri sūt atq; obscuri: Genae

pallidae: turbida supercilie: anim⁹ per

turbatione disruptus: & qualis deniq;.

ii. metamorph. describitur ab Ouidio.

Quod si certius exactiusq; inuidia si-

mulaclrum desideras: Appulam muscā

speces oportet. cui neq; ueni neq; cō

uenientius quam Muscæ nomen dari

aut singl potuit. Nam ut integras cor

poris partes prætereunte Muscæ: ad

ulcera sece conferunt. Sic is undiq; inuidia diffusus: dissimilatis animi bonis & uitæ splendore: i

homina dumtaxat labeculis immoratur. omniaq; detorquet in peius. unde qui maximus per

uersitatis cumulus est: optimi culusq; sibi odium cohauit. nisi que uersitissimi hominis dol: atq;

inconstantissimi mores fefellerunt. nam ei⁹ ingenii intui atq; occultissimi sunt recessus. nec qui co

gnoscet aut perlustrari facillime possint. **L**Quid agat: iterationem mouet addubitatio. ut Di

donis illud apud Maronem. Heu quid agam! **I**gnoscere. Veniam date. Ignoscere est inquit Se

neca q; uides punienda nō punire. Cice. epist. quadam ad Brutum. Ignoscere ē Sceleris pecuniam

remittere. **S**iquid intumuit pietas. Si quid amissæ filiæ dolore superbius excidit. utitur q; statu ue

niali quom iracundiae causam in maternū reicit affectū: qui omniū consensu maxim⁹ est. **F**la

grantius. Ardentius atq; animo cōmotiore. ita nanq; legendū est: nō flagrantibus: ut incēdatis

codices habent. **A**duoluor genibus. quæ supplicantes tangebant. ex causa quam superius ex-

possumus. **L**iceat cognoscere sortem. fas sit inuestæ calamitatis genus ediscere. & quo pacto si

liam perdidierim. Nam s̄a solatiū calamitatis est: sorte sūā nosse: ut Dartus ait apud Curtium.

**H**oc tantū. s.a nobis postulo. colorē traxit ex illo Vergiliiano. Hoc solū nomē: quoniā de con

lige restat. **C**ertos furores. euidētes irascēdi cās. alii dolores (qd luculentius ē) emēdant. **S**el

re peto quæ forma malī. ita qdē nos emēdauirus: quom uulgati oēs codices haberēt. Si repares

quoq; forma malī. **F**orma. Species & ratio. **M**ali. acceptæ cladis. **F**atūq; putabo Nō scel⁹

nā quæ fato sūt n̄q; laudē in se: neq; culpā habēt ullā. qua ratiōe nōnulli veterū philosophorū

cōtra Chrysippū nitunt. Iuuealis Hūe ego fatis iputo &c. plura Firmic⁹ i Apologia Matheseos.

**A**pectū p̄cor idulgete parēti. uidēda filiæ copiā mihi facite. sed emphasiū parētis nomē hēt.

ut illud Aeneas apud Verg. Paruūq; p̄tēdebar Iulū. **Q**uæ sita manu natā: quā q; sibi virtute

cōparavit. **P**rauenit. anteuerit: & occupauit. **M**unere. p̄mio. i. si raptor a uobis idictū rede

mit: & mun⁹ largitus ē. ne se pdatis. Quod si leges ex antiquis aliquot exemplarib⁹: foedere. sensus

erit. Sin aliquo pignor uos sibi auctorauit & fidē dedistis. raptorē nō detecturas. Est. n. qn̄ foed⁹

p̄suramēto ponit. Tibull⁹. Foedera p diuos clā uiolāda dabas. **C**erte. saltē. **R**efer tu o lato

na. est aut̄ cōuersio sermōis ad matrē Diana: quæ latona nomē a clemētia morū sortita est apd

græcos: ex iterptatiōe Platōis. **C**ofesta Diana Forte tibi. Forsā (igt) Diana raptorē tibi apuit.

Liuor un

Inuidiae fi  
mulaclrum

Muscæ per  
uersa natu  
ra

Ignoscere

Latona cur

**Q**uid latuisse iuuat: rabiem liuoris acerbi Nulla potest placare dies. iis increpat omnes Vocibus. ast illæ (prohibet reverentia Patris)

Aut reticent: aut nosse negat. Responsaq; Matri

Dāt lachrymas. Quid agat: rurs⁹ se uicta remit

Inq; humiles demissa preces. Ignoscite siqd (tit

Intumuit pietas: siquid flagrantius actum

Q uā decuit miserā: supplex miserādæq; uestris

Aduoluor genibus. Liceat cognoscere sortem.

Hoc tantum. Liceat certos habuisse dolores.

Scire peto quæ forma malī: quamcuncq; dedistis

Fortunam: sit rapta feram. Fatumq; putabo

Non scelus. aspectū precor indulgete Parenti.

Non repetam quæsita manu securus habeto

Q uisquis es: affirmo prædam: desiste uereri.

Q uod si uos aliquo præuenit munere raptor:

Tu certe Latona refer. confessa Diana

**C**Nost quid sit Lucina. Non te latet quantum laboris in eniendo matres ferant. Putidum est ad Diana mores referre, perinde atq; Ceres dicat: Latonā probe scire: quibus nam reb⁹ Dia na adduci possit: ut raptorem prodat. Nos ut tam diximus: interpretamur. nam supra Ceres ait. Et caros uteri cōmendo labores. & Romani Lucinam uocabāt iunam: quia lucem præbeat: ut in quæstionibus docet Plutarchus. quam in partu ac doloribus adefe opib⁹: tanquā La nam. Nam. plenilunio facile mulieres leuari partu uidentur. Ilithyiam græci uocant: & Dicta, mo coronabāt herba: quæ paſim pro uenit in creta. cuius uis ē ut parietib⁹ substrata partū soluat. auctor Euphorion & Theon. Eandem ex Hyperborœis Delum uenisse fama est. ad leuan dos latona parturientis dolores: atq; inde Lucinæ nomen ad alias gētes ma nasse. Cretenses ex agro Gnoio Lucinam in Annilo natam arbitrant & eē filiam Iunonis. ut scribit Pausanias.

**F**orte tibi. nosti quid sit Lucina: timorq; Pro genitis: & quantus amor. partusq; tulisti Tu geminos. hæc una mihi. Sic crine fruaris Semper Apollineo: Sic me felicior æuum Mater agas. Largis tūc hymbris ora madescūt. Quid tantum dignum flari: dignumq; taceris? Hei mihi: discedunt omnes. Quid uana moraris. Ulterius: non bella palam Cælestia sentis? Quin potius natam pelago Terrisq; requiris. Accingar lustrare diem. Per deuia rerum Indefessa ferar. nulla cessabitur hora. Nō requies: nō somnus erit. dum pignus adéptū Inueniam. gremio quanuis mergatur Iberæ Tethyos: & rubro iaceat uelata profundo.

tusq; tulisti tu gēinos. Duos iqt liberos: & uno qdē utero edidisti. Neq; graui⁹ qcq; i uita tibi pos set accidere: quā si alterutro orbareris. Quāto iqt ægri⁹ ē mihi censes ex unicæ puellæ iactura. Latona geminos uno partu peperit: ideo Gemellipara dicta ē ab Ouidio. eiusdem puerperiū alii statuunt i Lycia: quod Horatius sentire uisus est. Qui Lycia tener Dumeta Natalemq; sylvā Delius & Patareus Apollo. Sed & Cragum noi at inter Apollinis & Dianæ Iucos: ex hac opinione. Cragus. n. Lyciæ mons ē ut Alexáder Lyciacorū. ii. scribit. a Crago Tremiletis & Praxidicæ filio Quidam Deli: plærīq; Zosteri qui locus est in Attica. Pausanias tamen ait ibi filios nō peperisse sed tanquā pariturā soluisse Zonam: atq; inde loco mansisse nomen. Quin & oppidum Bœotia Tegyra sibi uendicat: ut Semus Delius afferit. **H**æc una mihi. s. ex Ioue. nā liberos alios ex aliis sulcepit Ceres: ut demonstrauimus. & Alcman auctor ē: eiusdem filiū suis Carnæum: a quo Apollinis festa carnæa dicta sunt quorū Callimachus meminit & Theocritus. Praxillas autē carnæum Iouis ex Europa susceptum canit: quem Apollo dilexerit: & ab eius nomine sua festa carnæa dicit uoluerit. **S**ic. obtestādī pticula. Verg. sic tua cyrnæas fugiant examina taxos. **S**ic crine fruaris semp Appollineo. Apollinis cognomē ē Acersecomes. i. itonius: qd nūquā radii a frōte solis auelli poslunt. ei⁹ cesarie latona mater anxie delectabat. ut de pastore deo uerba faciēs Tibull⁹ i dicit. Sæpe horrere sacros doluit Latona capillos Quos admirata ē ipa nouerca pri⁹. **F**ruaris uoluptate capias. **S**emp. ppteruo. **S**ic me felicior æui mater agas. Optat ut felicior quā ipsa sit i liberis. i quo Latonæ bēiuolētiā colligit: & pathos excitat. ut quō precaf Ouidi⁹ ab exilio: ut dissimile fortunā suæ: dī cōcedat amico. **L**argis hymbris⁹. uberb⁹ lachrymis. **Q**uid tātū. di. flæ. di. q; race. Si meā uicē doletis: idicate raptorē. qd si nō facitis appet simulatas ec lachrymas. **H**ei mihi discedūt oēs. Ad illa Cereris uerba Dī omnes auersi faceſlebat. inde Ceres suspirat. **Q**uid uana moraris! Hoc & insequētia plærāq; carmina secū Ceres. **N**ō bella palā cælestia sentis! Nō ne intelligis aduersari tibi deorū studia; **Q**uin poti⁹ natā pelago terrisq; regris; Nō ne præstat inqt terra mariq; filiā pquirere: quā frustra rogādo tēp⁹ amittere! **L**ustrare diē. Solis semitas uestigare. **D**eūia. qua nō patet accessus. **R**erū. mūdi. **R**equies. ocisi aut aliqua laboris remissio. **P**ignus ademptū. raprā filiā. **G**remio mergat iberae Tethyos. Quæ nūc a Rege Hispano Hispania dī. ab amne pri⁹ Ibero Iberia uocabat. auctor Trogus. eiusdē regiōis alluēs oras Mare Iberū fert. hūc at locū Claud. a Papinio sūpsit apud quē Diomedes ita loqui⁹ i Achilleide. licet ille sonatibus antris Tethyos aduersa: ḡramioq; p̄maſ aquolas Nereos: iuenies. **R**ubro iaceat uallata psūdo. Quāuis Erythræo mari claudat. id i duos sin⁹ scidit: quoq; q ab oriēte ē Persic⁹ appellat: qd ea orā p̄sa colat: uiciles & sexagies cētena milia paſtu circuitu patēs ex aduerso alter unde Arabia ē Arabicus memorat: ut ait Solin⁹. alii codices hñt uelata. i. lateat.

Dystans  
vis

Apollinis  
& Dianæ  
Natale fo  
lum  
Crag⁹ mōs  
Zoster  
Carnæus q  
Carnæa  
Apollinis  
sacra unde  
Acerseco  
mes apollo  
Apollinis  
comæ

Hispania  
Iberia  
Rubrum  
Mare

Rhenus  
Celtæ statim  
natos filios  
explorant

**R**heni glacies. Rhenus notissimus Galliae flu. ab Alpibus decidet. ut inquit Mella: cuius accolas antiqui Celtas uocabant: posterior ætas cognomines anni Rhenos: aucto Steph. ii coniugum fidem sic probant. a partu recetes filios ad Rhenum deferunt: scutoq; ipes fitos: qua rapidior est: auleo committit: quod unda percepit: ut suos agnoscat. extinctos adulterio conceptos existimat. ex

tat inter græca Epigræmata earmē certi auctoris. quod hūc ipsum morē plurib; verbis excusat.

Idq; adulescēs perhumanus & nō ineruditus Antonius Calcaterra: paucioribus iis numeris am-

plecti tētauit. Audaces rapido dubio

in gurgite partus Explorat Celtæ. do-

nec diuidat unda. Hæ nunq; capiūt

gētes noua pignora matrū: Quā pri-

us imponat clypeo: tum flumina mon-

strant An genus obliquū fuerit. post

mater ad undas Egeria tēdit: natos ui-

sura recetes. Et suspēsa timet censoris

flumina Rheni. Hinc alibi Claud. Et

quos nascētes explorat gurgite Rhei-

nus. **N**on me tenebunt. cursum nō

ipedit. **R**hipæa frigora. Posidonius & Prorarchus ut dictum est Rhi-

pæa & Alpes eosdem mōtes accipiūt

quos teneat Hyperborei. quibus acce-

dit Tibullus. ut illuc idicabimus. Dama-

stes q; populos græcū auctor exponit

Seythas inq; excipiunt Eistedones: hos

Arimaspī cōtingunt: ulterior Rhipæi sunt: unde flat Aquilo: cōtinuis obſessi nūibus. Deinceps externi maris oras habitat Hyperborei. Hic est ille figus Damastes: unde testimoniu citat Auie-

nus hoc uersu. Quin & Damastes nobili natus Sige. Sic. n. Legendū nō ut vulgati codices habet

Signe. Est autē Sige troadis urbs: ut in Asia scribit Hecatæus. unde gentile nomē græce σιγή της latine Sigeus. auctor Steph. Verg. Aeneid. iiiii. Alpinū Boreā dixit. q; is e Riphæis mōrib; spirat

q; cū Alpibus itē sunt: ex sententia Posidonii. ait autē Ceres Riphæis montibus pxima se petitu-

rā. quæ cadētes astiduae niues adeo inuia efficiunt: ut ultra ne uisum qdem itendētū admittat: ut

tradit Mella. **N**ō dubio syr. cū. æstu. Sic Horatius. S. ue per Syrtis iter æstuosas siue facturus p-

inhospitalem Caucasum. Syrtes i ora libyæ duæ tradunt: quas uadoum & reciprocū mare iace-

fas efficit. Eius enī defectus aut īcrementa: haud prōptū est deprehēdere. ita incertis irotib; nūc

in breuitate resēndit dorsofa: nūc inquietis æstibus inundat. Varro auctor est. perſiabilem ibi ter-

ram: subeūtibus uentis repentinis uiri spiritus: aut renomere maria: aut resorbere. plura leges apud

Sallustiū. **S**tat. sedet animo: certū est: Ver. Stat casus renouare oēs. **P**enetrare. adire. sed est

in hoc uerbo difficultas iuitq; pene secessus & longinqui significatio. Verg. Antenor potuit me

dīs elapsus Achiuī Illyricos penetrare sinus. Apud Gades Epitaphiū legit hoc. Heliodorū insa-

nus Carthaginēs: ad extremū orbis Sarcophago testamēto me hic iussi cōdier: ut uiderē si quis

piā me unq; insanior ad me uisendum ad hæc usq; loca penetrauerit. **F**ines noti. oppositas no-

bis regiones: aut Aethiopiam. Seneca natur. Quest. iiiii. in mentione Aerhiopia: Hauster inquit

qui ex illo tractu uenit uentus calidissimus est. **V**estigare. peragrade. **N**iuale boreæ domum

Septentriones. unde spirat Aquilo. Regio est astiduis infesta nūibus Pterophoron dicunt. quo-

niam decidentibus īdefinenter illic pruinis: pennarū simile quid exprimit: ait Solinus. **A**tlas

Mauritanæ mons est: media harenarum uastitate confurgens: ultra nubila caput condit. repe-

te quæ de Atlante superius: ex Eustathio & aliis auctoribus recitaūmus. **P**rimo occasu. qua pe-

lagus intuetur. quod eius latus ad Hadriani Cæsaris usq; tempora inaceſsum fuit. **H**ydaspes.

Indiae fluuius unde Nilum manare: Philippi filius Alexander existimauit: argumento: q; uterq;

gigneret Crocodilos: auctor Nearchos. **E**acibus. tædis. **I**mpius. non sacrilegus: sed in uxo-

rem natamq; crudelis. **P**ellice. pellex (ut Massurius ait) apud antiquos ea habira est: quæ cum

uxor non esset: cum aliquo tamen uiuebat. quam nunc uero nomine Amicari: paulo honestiore

concubinam appellamus. C. uero Flaccus de iure papiriano scribens pellicem uocari dicit: quæ

cum eo cui uxor non sit: corpus misceat. alios autem arbitrari eam esse quæ uxorū loco sine nur-

priis in domo sit: quam græci θωλλού memorant. id genus mulieribus a Numa Pompilio cō-

stituta fœna est hac lege. Pellex aram Iunonis ne tangito: si tanget: Iunoni crinibus demissis

agnum fœminam cedito. **D**ucite p̄t. **T**riumphum: Vergilianæ similis Ironia Egregiam uero

laudē: & spolia ampla refertis Tuq; puerq; tuq;. **I**nfiamatura tædas. ut faces acendant. **N**ecti

uago labori. quibus filiam uaga quærens noctis tenebras pelleret. Noctiuagam lunam Papini

dixit. a tempore quo cursum conficit.

Claud. loc.  
ex paneg.

Rhipæi  
montes  
Alpes  
Eistedones  
Hyperborei  
Ver. locus

Auieni lo-  
cus

Syrtes

Penetrare

Pteropho-  
ron  
Atlantis ps  
inaccessa  
Hydaspes  
Nilus  
Pellex

Amica  
Cocubina

Non Rheni glacies: non me Rhipæa tenebunt  
Frigora: non dubio Syrtis cunctabitur æstu.  
Stat fines penetrare noti. Boreæq; niualem  
Vestigare domum. primo calcabitur Atlas  
Occasu: facibusq; meis lucebit Hydaspes.  
Impius errantem uideat per rura: per urbes  
Iuppiter extincta satietur pellice Iuno.  
Insultate mihi: cælo regnate superbi:  
Ducite p̄clarum Cereris de stirpe triumphū.  
Sic satur. notæq; iugis illabitur Aetnae:  
Noctiuago tædas inflamatura labori.

**C**Prope secundum. **C**Flumen Acim. ripas acis amnis Siciliae q̄ decurrit ex Aetna teli ipetu: un̄ dictus e: ut docet Eustathius. Acis. n. grāce latine sagittā significat. hinc ut Sequester Vibius recte: in Vlysiem saxa Cyclops egit. eiulde Theocritus & i fatis Oui. meminit. quō de Cereris errore loquit. Præterit & ripas herbiter Aci tuas. nec Attis hic legas: ut in emēdati codices hñt. in Catholicis Probi legimus hac. Cis omnia terminata: si nō fuerint generis cōsūta sunt: hinc Acis in Sicilia fl. in genituio declinat acis: & nō Acidis. ut ipse precipit. carminī tñ obsecutus Ouidi⁹

Acis fluui⁹  
unde

Luc⁹ erat ppe flumē Acim: quod cādida prefert. Sæpe mari: pulchroq̄ secat Galatæa natatu: Densus: & innexis Aetnæa cacumina ramis Qualibet usq̄ tegens. illic posuisse cruentam Aegida: captiuamq̄ pater post prælia prædam Aduexitse datur. Phlægræis sylua superbit Exuuiis: totumq̄ nemus uictoria uestit. Hic patulī r̄istus: hic prodigiosa Gigantum Tergora dependent. & adhuc crudele minantur Affixæ facies truncis: immaniaq̄ ossa Serpentum: paliū tumulis exanguibus albent. Et rigidæ multo suspirant fulmine pelles.

Acidis ait: metamorph. xiii. latitans ego rupe meiq̄ Acidis in gremio residenſ. **C**Q̄od. flumen. Galatæa. Do Galatæa ridos & Nerei filia. **C**Candida. ex He unde siodo sumpsit epithethon. is. n. Galatæa canit: candidis comis extitisse: & lacti facie simili. unde ē dicta ē Galatæa. Polyphem⁹ apud Ouidi⁹. Cādidi or foliis niuei Galatæa ligustri. **C**Præ fert. scribe p̄fert. i. anteponit mari. nā libētius illic q̄ in saltis undis abluit: ob Acis pueri mēoriā: Nymphæ Symethi dos & Fauni filii: q̄ mutatus ī hūc am nem dicit: quō eius forma capra Galatæa Cyclopis amores auerſaret: idq̄ iracūde ferēs Polyphemus ī ipsius Galatæa grēio depreſsum Acim: cōiecto ſaxo opprefliſſet. fabulā ſcribit Ovid. **C**Dēſus. ſyluis cōfert⁹. & ſaltuosus ſequentia uero hūc in modum cōſūge.

Da p̄ dic

